



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 48. Valens in Ecclesia S. Basilii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

Sæculum IV. autem causa Dei agitur, nihil nisi solus  
A. C. 374. Deum præ oculis habemus. Tunc igne,

gladii, Bestiæ, ungulæ ferreæ delicia nostræ sunt. Itaque minamini, tota, quamcumque habetis, potentia vestra nos obruite, torqueite, occidite, nunquam tame,

**Greg. Nyss.** ne victores abibitis. Praefectus, intelligens Basilium vinci non posse, honestius ei loqui cœpit, dicens: *Nihil ergo temereat, quod possis, si velis, Cæsarem, Romanii Imperii Dominum in medio populi tu conspicere, & inter tuos auditores numerare? si ex Symbolo unicam vocem, consubstantialis, expunctam volueris, totum negotium confeceris.* Respondit Basilus:

*Hanc rem maximi facio, Imperatorem in Ecclesia, & communione cernere, nam uniuscujusque animæ ingens est pretium, quod vero ad Symbolum spectat, non solum quidquam addi, vel demi non pariam, sed nequidem verborum ordinem mutar feram.* Modestus: *Noctem tibi ad deliberaendum concedo.* Basilus: *Cras lus alia, non alia mibi sententia erit.*

### §. XLVIII.

*Valens in Ecclesia S. Basili.*

**Greg. Naz.** Praefectus Modestus, dimisso S. Basilio p. 350. 351. celeriter ad Imperatorem reveritus dixit: *Domine! victi sumus! Episcopus iste minis omnibus superior est, nisi vi-*

DAM  
geri  
ferr  
mun  
tim  
incu  
S. B  
phar  
noru  
cienc  
verci  
que  
in ip  
dine  
cienc  
corp  
Deu  
set  
viss  
stan  
nos,  
culu  
vert  
nem  
tion  
man  
sa fi  
re a  
Basil  
ingr  
tem  
exte  
Hæc  
Hi

geris, nihil ages. Imperator vim ei in-Sæculum IV.  
 ferri vetuit, cumque sincere ejus com- A. C. 374.  
 munionem recipere pudor prohiberet,  
 timorque, ne inconstantis animi notam  
 incurreret, simulavit tamen, & Ecclesiam  
 S. Basilii ingressus est. Dies erat Epi-  
 phaniæ; venit Cæsar, integra Prætoria-  
 norum cohorte comitante, atque ad spe-  
 ciem populo catholico mixtus est. Tunc  
 vero ut Psalmorum cantum audiit, vidit  
 que populum immensum, pulcherrimum  
 in ipso Sanctuario, & locis proximis or-  
 dinem, sacros Ministros Angelorum spe-  
 ciem referentes, S. Basilium ante altare,  
 corpore immoto, oculis vixis, spiritu in  
 Deum collecto, stantem, ac si nemo ades-  
 set præter eos, quibus familiariter adsue-  
 visset, atque omnes Episcopum circum-  
 stantes sancto metu, & reverentia ple-  
 nos, ad rei, nunquam antea visæ, specta-  
 culum ita obstupuit, ut ei caput quasi  
 vertigine ageretur, & oculi caligarent;  
 nemo statim ad tantam animi perturba-  
 tionem advertit, sed cum oblatum, quod  
 manibus suis præparaverat, Sanctæ Men-  
 se fuit inferendum, nemine illud pro mo-  
 re accipiente, quod nemo sciret, an S.  
 Basilius acceptaturus esset, tam trepide  
 ingrediebatur Valens, ut, nisi vacillan-  
 tem Ministrorum sacrorum unus manu  
 extensa sustinuisset, turpiter cecidisset.  
 Hæc narratio, ex S. Gregorio Nazianze-

Hist. Eccles. Tom. IV.

B b

no

Sæculum IV. no desumpta, plura habet notatu digna.  
 A. C. 374. Hic deprehenditur, ut quis in plena Ecclesiæ communione esset, non sufficiens  
 precibus interesse, imo & dona ad altare  
 deferre, sed necesse fuisse, ut de Eucharistia  
 participet; panem, quem quisque  
 offerebat, suis manibus fuisse paratum,  
 ab isto usu nequidem Imperatorem fuisse  
 exemptum; non enim apparet, hæc dona  
 aliquid aliud, quam panem fuisse. De  
 nique quamvis Valens esset Arianus &  
 pertus, & Ecclesiæ persecutor, eum S. Be  
 silius non tantum non excommunicata  
 sed etiam in congregationem Fidelium  
 ingredi permittit, & ejus oblatum re  
 cepit; id quidem verum, quod ex his scilicet  
 non posset, an eum quoque S. Sacrificio  
 adesse passus fuerit.

*Greg. Naz.* Alia quoque vice Imperator aliquat  
*p. 351. & ibi.* p. 351. & ibi. nus in Conventu Fidelium communica  
*Nicet.* vit, intra velum etiam Diaconia, seu Se  
 cristiæ ingressus est, & quod a multo tem  
 pore cupiebat, S. Basilio colloqui cœpisse.  
 S. Gregorius Nazianzenus, qui colloqua  
 tibus adstabat, testatur, S. Basilium tun  
 coram Imperatore, omnium audientium  
 judicio, facundia, supra humanam, fuisse  
 elocutum. Inter cœteros adstantes erat  
 aliquis ex Imperatoris dapiferis, nomine  
 Demosthenes, qui, S. Basilium reprehe  
 dens, barbarismum loquebatur, hunc  
 Basilius intuitus, & subridens, ait: De  
 moſte-

*Theod. IV.* a. 19. Aliquis ex Imperatoris dapiferis, nomine  
 Demosthenes, qui, S. Basilium reprehe  
 dens, barbarismum loquebatur, hunc  
 Basilius intuitus, & subridens, ait: De  
 moſte-

*moſthenes ignorans!* Demosthenes, ludi-Sæculum IV.  
 brio excitatus, minas injecit, respondit- A. C. 374.  
 que S. Basilus: *Cura, ut Imperatori, ad*  
*mensam accumbenti, nihil desit, theologi-*  
*ca Theologis relinque.* Imperator S. Ba-  
 silii sermonibus exquisitis captus, & deli-  
 nitus, humanius Catholicos habere cœ-  
 pit; prædia, quæ in illis regionibus pos-  
 sidebat valde pinguis, ad usum pauperum  
 leprosorum donavit.

### §. XLIX.

*Deus S. Basilium tuetur.*

At Ariani continuo Imperatoris Valen- *Soz. VI.*  
 tis latus obsidentes, mitigatum ani- *c. 16. Socr.*  
 mum brevi iterum in transversum ege- *IV. c. 26.*  
 runt; ipsis auctoribus ultimum admovit *Greg. Naz.*  
*p. 352.*  
 arietem, ut S. Basilium ad communica-  
 dum cum Arianis cogeret, invictè resi-  
 stentem exilio damnavit. Jamque om-  
 nia luctuosæ perfectioni parata erant,  
 juncta erant currui jumenta, S. Basilius  
 turba amicorum circumdatus, æquo ani-  
 mo se itineri accingebat. Nox erat, &  
 Imperatrix Dominica, hujus persecutio-  
 nis causa, horrendis terrebatur somniis,  
 & acutissimis doloribus torquebatur; si-  
 mul filiolum, quem ex suo cum Impera-  
 tore conjugio suscepérat, Galatem no-  
 mine, adhuc infantem eadem nocte vio-  
 lenta febris corripuit, & in extremum  
 adduxit vitæ periculum; tunc illa ad

B b 2      Impe-